

# ЛАТИНСКИЙ ЯЗЫК

ПЛАВТ, ЦИЦЕРОН, ЦЕЗАРЬ

# T. MACCI PLAVTI MENAECMI

## PERSONAE

PENICVLVS PARASITVS  
MENAECMVVS  
MENAECMVVS (SOSICLES)  
EROTIVM MERETRIX  
CYLINDRVS COCVS  
MESSENVIO SERVVS  
ANCILLA  
MATRONA  
SENVEX  
MEDICVS

# T. MACCI PLAVTI MENAECHEMI

## ARGUMENTVM

Mercator Siculus, quod erant gemini filii,  
Ei surrupto altero mors optigit.  
Nomen surrepticii illi indit qui domist  
Avos paternus, facit Maenaechmum e Sosicle.  
Et is germanum, postquam adolevit, quaeritat  
Circum omnis oras. post Epidamnum devenit:  
Hic fuerat alitus ille surrepticius.  
Menaechmum omnes civem credunt advenam  
Eumque appellant meretrix, uxor et socer.  
I se cognoscunt fratres postremo invicem.

# Ссылка: (Плавт Менех., 7-12)

## PROLOGVS

Atque hoc poetae faciunt in comoediis:  
omnis res gestas esse Athenis autumant,  
quo illud vobis graecum videatur magis;  
ego nusquam dicam nisi ubi factum dicitur.      10  
atque adeo hoc argumentum graecissat, tamen  
non atticissat, verum sicilicissitat (Plaut. Menaech., 7-12).

# T. MACCI PLAVTI MENAECMI

Auctio fiet Menaechmi mane sane septimi.  
venibunt servi, supellex, fundi, aedes, omnia.  
venibunt quiqui licebunt, praesenti pecunia.  
venibit uxor quoque etiam, si quis emptor venerit. 1160  
vix credo tota auctione capiet ~ quinquagesies.  
**nunc, spectatores, valetate et nobis clare plaudite.**

# ЗАДАНИЕ

- Nunc, spectatores, valetate et nobis clare plaudite.

# CICERO. ORATIO IN L. CATILINAM PRIMA

(1) **Quo usque tandem abutere, Catilina, patientia nostra?** Quam diu etiam furor iste tuus nos eludet? Quem ad finem sese effrenata iactabit audacia? Nihilne te nocturnum praesidium Palati, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora voltusque moverunt? Patere tua consilia non sentis, constrictam iam horum omnium scientia teneri coniurationem tuam non vides? Quid proxima, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii ceperis, quem nostrum ignorare arbitraris?

# CICERO. ORATIO IN L. CATILINAM PRIMA

(2) **O tempora, o mores!** Senatus haec intellegit. Consul videt; hic tamen vivit. Vivit? Immo vero etiam in senatum venit, fit publici consilii particeps, notat et designat oculis ad caedem unum quemque nostrum. Nos autem fortes viri satis facere rei publicae videmur, si istius furorem ac tela vitemus. Ad mortem te, Catilina, duci iussu consulis iam pridem oportebat, in te conferri pestem, quam tu in nos [omnes iam diu] machinaris.



# ЗАДАНИЕ

- Quo usque tandem abutere, Catilina, patientia nostra?
- O tempora, o mores!

# Первая речь против Луция Сергия Катилины (Катилинарии)

- (1) Доколе же ты, Катилина, будешь злоупотреблять нашим терпением? Как долго еще ты, в своем бешенстве, будешь издеваться над нами? До каких пределов ты будешь кичиться своей дерзостью, не знающей узды? Неужели тебя не встревожили ни ночные караулы на Палатине, ни стража, обходящая город, ни страх, охвативший народ, ни присутствие всех честных людей, ни выбор этого столь надежно защищенного места для заседания сената, ни лица и взоры всех присутствующих? Неужели ты не понимаешь, что твои намерения открыты? Не видишь, что твой заговор уже известен всем присутствующим и раскрыт? Кто из нас, по твоему мнению, не знает, что делал ты последней, что предыдущей ночью, где ты был, кого сзывал, какое решение принял?
- (2) О, времена! О, нравы! Сенат все это понимает, консул видит, а этот человек все еще жив. Да разве только жив? Нет, даже приходит в сенат, участвует в обсуждении государственных дел, намечает и указывает своим взглядом тех из нас, кто должен быть убит, а мы, храбрые мужи, воображаем, что выполняем свой долг перед государством, уклоняясь от его бешенства и увертываясь от его оружия. Казнить тебя, Катилина, уже давно следовало бы, по приказанию консула, против тебя самого обратить губительный удар, который ты против всех нас уже давно готовишь.

# C. Iulius Caesar. Commentarii de bello Gallico (ЗАДАНИЕ)

(1) Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli appellantur. Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Matrona et Sequana dividit.

# C. Iulii Caesaris Commentarii de bello Gallico

Horum omnium fortissimi sunt Belgae, propterea quod a cultu atque humanitate provinciae longissime absunt, minimeque ad eos mercatores saepe comitant atque ea quae ad effeminandos animos pertinent important, proximique sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt. Qua de causa Helvetii quoque reliquos Gallos virtute praecedunt, quod fere cotidianis proeliis cum Germanis contendunt, cum aut suis finibus eos prohibent aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt. Eorum una, pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano, continetur Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum, attingit etiam ab Sequanis et Helvetiis flumen Rhenum, vergit ad septentriones. Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni, spectant in septentrionem et orientem solem. Aquitania a Garumna flumine ad Pyrenaeos montes et eam partem Oceani quae est ad Hispaniam pertinet; spectat inter occasum solis et septentriones.

# C. Iulii Caesaris Commentarii de bello Gallico

(2) Apud Helvetios longe nobilissimus fuit et ditissimus Orgetorix. Is M. Messala, [et P.] M. Pisone consulibus regni cupiditate inductus coniurationem nobilitatis fecit et civitati persuasit ut de finibus suis cum omnibus copiis exirent: perfacile esse, cum virtute omnibus praestarent, totius Galliae imperio potiri. Id hoc facilius iis persuasit, quod undique loci natura Helvetii continentur: una ex parte flumine Rheno latissimo atque altissimo, qui agrum Helvetium a Germanis dividit; altera ex parte monte Iura altissimo, qui est inter Sequanos et Helvetios; tertia lacu Lemanno et flumine Rhodano, qui provinciam nostram ab Helvetiis dividit.

# C. Iulii Caesaris Commentarii de bello Gallico

His rebus fiebat ut et minus late vagarentur et minus facile finitimis bellum inferre possent; qua ex parte homines bellandi cupidi magno dolore adficiiebantur. Pro multitudine autem hominum et pro gloria belli atque fortitudinis angustos se fines habere arbitrabantur, qui in longitudinem milia passuum CCXL, in latitudinem CLXXX patebant.

# ЦЕЗАРЬ. ЗАПИСКИ О ГАЛЛЬСКОЙ ВОЙНЕ (I КНИГА)

(1) Галлия по всей своей совокупности разделяется на три части. В одной из них живут бельги, в другой – аквитаны, в третьей – те племена, которые на их собственном языке называются кельтами, а на нашем – галлами. Все они отличаются друг от друга особым языком, учреждениями и законами. Галлов отделяет от аквитанов река Гарумна, а от бельгов – Матрона и Секвана.

# ЦЕЗАРЬ. ЗАПИСКИ О ГАЛЛЬСКОЙ ВОЙНЕ ( I КНИГА )

Самые храбрые из них – бельги, так как они живут дальше всех других от Провинции с ее культурной и просвещенной жизнью; кроме того, у них крайне редко бывают купцы, особенно с такими вещами, которые влекут за собою изнеженность духа; наконец, они живут в ближайшем соседстве с зарейнскими германцами, с которыми ведут непрерывные войны. По этой же причине и гельветы превосходят остальных галлов храбростью: они почти ежедневно сражаются с германцами, либо отбивая их вторжения в свою страну, либо воюя на их территории. Та часть, которую, как мы сказали, занимают галлы, начинается у реки Родана, и ее границами служат река Гарумна, Океан и страна бельгов; но со стороны секванов и гельветов она примыкает также к реке Рейну. Она тянется к северу. Страна бельгов начинается у самой дальней границы Галлии и доходит до Нижнего Рейна. Она обращена на северо-восток. Аквитания идет от реки Гарумны до Пиренейских гор и до той части Океана, которая омывает Испанию. Она лежит на северо-запад.



# ЦЕЗАРЬ. ЗАПИСКИ О ГАЛЛЬСКОЙ ВОЙНЕ (I КНИГА)

(2) У гельветов первое место по своей знатности и богатству занимал Оргеториг. Страстно стремясь к царской власти, он, в консульство М. Мессалы и М. Писона, вступил в тайное соглашение со знатью и убедил общину выселиться всем народом из своей земли: так как гельветы, говорил он, превосходят всех своей храбростью, то им нетрудно овладеть верховной властью над всей Галлией. Склонить на это гельветов было для него тем легче, что по природным условиям своей страны они отовсюду стеснены: с одной стороны весьма широкой и глубокой рекой Рейном, которая отделяет область гельветов от Германии, с другой – очень высоким хребтом Юрой – между секванами и гельветами, с третьей – Леманнским озером и рекой Роданом, отделяющей нашу Провинцию от гельветов.

# ЦЕЗАРЬ. ЗАПИСКИ О ГАЛЛЬСКОЙ ВОЙНЕ (I КНИГА)

Все это мешало им расширять район своих набегов и вторгаться в земли соседей: как люди воинственные, они этим очень огорчались. Они полагали, что при их многолюдстве, военной славе и храбрости им было слишком тесно на своей земле, которая простиралась на двести сорок миль в длину и на сто шестьдесят в ширину.